



**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De  
Eiusdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.  
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpurga. Commentarius  
nunc primum evulgatus**

**Philipp <Eichstätt, Bischof>**

**Ingolstadii, 1617**

Cap. XVI. De passagio S. VWillibaldi vltra mare.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

retur, vel in prosperis extolleretur; ita vt vnus & idem in vno spiritu Dei semper appareret, & sale omnimodæ sapientiæ conditus nulli hominum aliquando grauis existeret.

## CAPVT XVI.

*De passagio S. VVillibaldi ultra mare.*

*Vide Hodeporicon S. VVillibaldi. tom. 4. Antiq. lect. D. Canisij.*



Um hæc in Alamānia circa S. VVunnebaldum agerētur, B. VVillibaldus frater eius in via, qua Hierosolymam tendebat, in mari & in terra magnis ac multis periculis afficiebatur. Nam tempestatum procellas, postquam diuina fauente gratia, euasit, pericula latronū, famis & sitis, macerationis, captiuitatis & incarcerationis squaiores, & graues à paganis, per quos transitum fecit, pro nomine Iesu Christi sustinuit passiones. Sed virtute Dei de his omnibus liberatus, tandem, sicut desiderabat, Hierosolymam peruenit. Dedit autem ei Dominus tantam gratiam in conspectu paganorum, qui tunc Hierosolymam inhabitabant,

*s. VVillibaldus venit Hierosolymam.*

bant, vt quocunque pergere vellet, eorum  
 conductu, cum pace iret, ac rediret. Mansit  
 itaq; multo tempore in finibus illis; & per-  
 agratis omnibus sanctificationum locis,  
 videlicet \* Conceptionis, in quo flos virgi-<sup>\* Nazareth.</sup>  
 nitatis, florem deitatis, florido, id est, verna-  
 li concepit in tempore; & \* Natiuitatis, in<sup>\* Bethleem.</sup>  
 quo Virgo Mater Deum & hominem no-  
 bis genuit. Loca nihilominus Apparitionis,  
 & Præsentationis in templo, Educationis,  
 Baptismi, Passionis, Resurrectionis, in cœ-  
 lum Dominicæ Ascensionis, visitans, sed &  
 multa alia loca, quę compendij gratia omi-  
 simus, perspexit: Vt de ipso conuenienter  
 exponatur, quod in cantico Deuterono-  
 mij legitur: *Circumduxit eum, & docuit, &*<sup>Dent. 32.</sup>  
*custodiuit, quasi pupillā oculi sui.* Nam eum  
 Dominus circūduxit per loca diuersa san-  
 ctificationum; & docuit ex multa inspe-  
 ctione considerationum, & custodiuit ab  
 omni macula delictorum, quasi pupillam  
 oculi sui, in claritate bonæ famæ, & sancti-  
 monia celebris vitæ.

De his omnibus tanquam de fontibus

I

Salua-

Saluatoris, Ecclesiasticæ deuotionis scaturiginem habentibus, auida mente ad plenum haufit, quod ipse postea in magni patris familias domo fidelis dispensator constitutus, facundissimè ac fœcundissimè populo Dei eructauit: Nam mirum in modum diuini amoris ardore inflammatus iterum Hierosolymam videre concupiuit. Non enim sufficiebat ei, ea quæ erant Hierosolymis, semel aspexisse; sed vis amoris multiplicabat in eo intentionem inquisitionis, ut cum Maria Magdalena sepulchrum Christi frequentius visitaret.

## CAPVT XVII.

*De orbatone visus sui ad tempus.*

**O**ntigit autem, quod in via veniendi ad sepulchrum Domini ad B. Apostoli Matthiæ basilicam perueniret, Missarum solenniis deuotus assistens lumine oculorum, ac vsu videndi repente subitoque priuatus est. Quam tentationem beato viro non immitti ad iniuriam superna permisit pietas, verum ad solitæ Sanctorum pro-

*S. VVillibaldus  
de repente pri-  
uatur visus.*